



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

Parisiis, 1644

IX. De clericis non residentibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

numerum. Et quia qui altari seruit, de altari viuere debet, & qui ad onus elititur, a mercede repelli non debet; statuimus & ordinamus, quod prædicti ordinatores, deficientibus propriis redditibus ecclesiæ, in quibus indebitam ordinationem fecerint, in futurum teneantur sic institutis per ipsos, residentibus in ecclesiis in quibus instituti sunt, ipsis ecclesiis in diuinis & aliis deseruientibus, necessaria procurare, & tam in victu, quam in vestitu & aliis necessariis, iuxta earum exigentiam facultatum.

RVBRICA IX.

Quorumdam clericorum desidiam & periculosa negligentiam raditus extirpare volentes, qui in eorum ecclesiis residere negligunt, in graue præiudicium animarum ipsorum, & scandalum plurimorum, propter quod ecclesiæ sèpius diuinis defraudantur officiis, cultusque diuinus minuitur, quem summo cordis desiderio augeri desideramus, hoc sacro approbante Concilio, citamus & requirimus, & monemus omnes clericos nostræ prouinciæ, cuiuscumque ordinis, dignitatis & status & conditionis existant, quatenus infra sex menses a die præsentis citationis, monitionis & requisitionis numerandos, quorum duos pro primo, duos pro secundo, reliquos duos pro tertio peremptorio eis assignamus, redire debeat ad continuam residentiam faciendam in eorum ecclesiis: eodem sacro approbante Concilio, statuentes & ordinantes, quod si quis, vel si qui clerici absentes hanc nostram monitionem contempferint, vel in futurum se absentauerint ab eorum ecclesiis, vltra

ANNO
CHRISTI
1517. quindecim dies , sine speciali petita licentia & ob-
tentia ab ordinario loci vel eius vicario , ipso ordi-
nario extra ciuitatem agente , ipso iure sint priuati
beneficiis omnibus quæ in nostra prouincia obti-
nent , nisi per superiorem super iis fuerit cum eis-
dem misericorditer dispensatum.

R V B R I C A X.

Quia parum est iura condere , nisi executioni
debitæ demandentur , & per bonæ memoriae fra-
trem Bonifacium prædecessorem nostrum , in
Concilio per ipsum Forliuii celebrato , inter cete-
ra statutum extiterit , quod vbi statutæ non essent
in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis quotidiana
distributiones , in Synodis proxime faciendis
per singulos suffraganeos Rauennatis ecclesiæ pro-
inde statuerentur , vt per hoc ipsis ecclesiis singu-
lis horis in diuinis melius seruiretur : & attenden-
tes patres coepiscopos nostros in executione con-
stitutionis prædictæ vt plurimum hucusque ne-
gligentes fuisse ; volentes igitur dictam constitu-
tionem tamquam rationabilem executioni debi-
tæ demandare , hoc sacro approbante Concilio
statuimus & ordinamus , quod quilibet suffraganeo-
rum nostrorum sub pœna inobedientiæ teneatur
sic prouidere , quod in cathedralibus vel collegiatis
ecclesiis dictæ quotidianæ distributiones fiant , &
mensa communis deputetur : vel vbi dictæ distri-
butiones seu mensa commode ordinari non pos-
sent , sic per eosdem ordinarios prouideatur , quod
decenter & deuote in diuinis officiis ecclesiis ipsis
deseruiatur : vt sic cultus diuinus non minuatur , sed

Concil. Tom. 29.

F ij